II. NEDJELJA DOŠAŠĆA

Prva je nedjelja navijestila Gospodinov dolazak, ova druga hoće da za nj pripravi Crkvu, novozavjetni Sion, i svaku dušu (ul. i mol.). I kršćani iz židovstva i kršćani iz poganstva, svi sve dugujemo Isusu (Posl.), koji i sada po Misi i Pričesti tvori čudesa na našim dušama (Ev.). Sve misne pjesme danas govore o veselju kojim idemo ususret Gospodinu, čemu ćemo se veseliti ako se Bogu ne radujemo? Naša vjera je vjera veselja, ali samo onda ako se ne prilijepimo uz zemaljske stvari (poprič.).

INTROITUS Pópulus Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciet Dóminus glóriam vocis suae in laetítia cordis vestri. Ps. Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Joseph. Glória Patri.	ULAZNA Puče sionski, evo Gospodin će doći da spasi narode i objavit će se Gospodin svojim slavnim glasom na veselje vašega srca – Ps 79. Čuj, vladaru Izraelov, koji vodiš Josipovo pleme kao stado. – Slava Ocu... Puče sionski...
ORATIO Excita, Dómine, corda nostra ad praeparándas Unigéniti tui vias: ut, per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur: Qui tecum vivit.	MOLITVA Potakni, Gospodine, naša srca da pripreme putove Jedinorođenom Sinu tvomu, te budemo dostojni tebi služiti očišćene duše dolaskom onoga, koji s tobom živi...
EPISTOLA Fratres: Quaecúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam, et consolatiónem Scripturárum, spem habeámus. Deus autem patiéntiae, et solátii, det	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Rimljanima (15, 4–13) – Braćo, što god je pisano, napisano je za pouku nama da se učvrstimo u nadi, okrijepljeni i utješeni Svetim Pismom. Bog strpljivosti i utjehe dao vam

vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Propter quod suscípite ínvicem, sicut et Christus suscépit vos, in honórem Dei. Dico enim Christum Jesum minístrum fuísse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum: gentes autem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Proptérea confitébor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et íterum dicit: Laetámini, gentes, cum plebe ejus. Et íterum: Laudáte, omnes gentes, Dóminum: et magnificáte eum, omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit radix Jesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétis in spe, et virtúte Spíritus Sáncti.	da među sobom budete istog mišljenja, jednodušni po Isusu Kristu i da složno slavite Boga i Oca Gospodina našeg Isusa Krista. Zato primajte jedan drugoga, kao što je i Krist primio vas na slavu Božju. Jer kažem da je Isus Krist bio sluga obrezanih radi Božje istinitosti, da potvrdi obećanja dana ocima, a narodi da slave Boga radi milosrđa, kao što piše: »Zato ću te, Gospodine, slaviti među narodima i pjevat ću tvojem imenu.« I ponovo govori: »Veselite se, narodi, s njegovim pukom!« I još: »Hvalite Gospodina svi narodi i uzvisujte ga sva plemena.« A Izaija kaže: »Pojavit će se Jesejev izdanak, i narodi će se uzdati u onoga koji ustaje da vlada narodima.« – Bog nade napunio vas svake radosti i mira u vjeri, da obilujete u nadi i jakosti Duha Svetoga.
GRADUALE Ex Sion spécies decóris ejus: Deus maniféste véniet.	GRADUAL Sa Siona sja njegova krasota. Bog će vidljivo doći. Skupite oko

Congregáte illi sanctos ejus, qui ordinavérunt testaméntum ejus super sacrifícia. Allelúja, allelúja. Laetátus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúja.	njega štovatelje njegove, koji su s njim sklopili žrtveni savez. Aleluja, aleluja. Obradovao sam se kad mi rekoše: »Idemo u dom Gospodnji.« Aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum. In illo témpore: Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus ? Et respóndens Jesus, ait illis: Eúntes renuntiáte Joánni, quae audístis, et vidístis. Caeci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur: et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, coepit Jesus dícere ad turbas de Joánne: Quid exístis in desértum vidére ? arúndinem vento agitátam ? Sed quid exístis vidére ? hóminem móllibus vestítum ? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére ?	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Mateju (11, 2–10) – U ono vrijeme, kada je Ivan čuo u tamnici za Kristova djela, pošalje dva svoja učenika da ga upitaju: »Jesi li ti onaj koji ima doći, ili da čekamo drugoga?« Isus im odgovori: »Idite i javite Ivanu što čujete i vidite: slijepi vide, hromi hodaju, gubavi se čiste, gluhi čuju, mrtvi ustaju, siromasima se propovijeda evanđelje. I blago onome koji se ne sablazni nada mnom.« – Kad su oni otišli, poče Isus narodu govoriti o Ivanu: »Što ste izašli u pustinju gledati: trsku koju ljulja vjetar? Ili što ste izašli vidjeti: čovjeka obučena u raskošne haljine? Oni koji se raskošno oblače stanuju u kraljevskim dvorima. Ili što ste izašli vidjeti, proroka? Da, kažem vam, i više nego proroka, jer to je onaj o kome je pisano: Evo ja šaljem pred tvojim licem

prophétam ? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui praeparábit viam tuam ante te.	svoga glasnika, da pripravi put pred tobom.«
OFFERTORIUM Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua laetábitur in te: osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.	PRIKAZNA Bože, obazri se na nas i oživi nas, i tvoj će se puk veseliti u tebi. Pokaži nam, Gospodine, milosrđe svoje i spasenje svoje daj nam.
SECRETA Placáre, quaésumus, Dómine, humilitátis nostrae précibus et hóstiis: et ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre praesídiis. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Neka te umilostive, Gospodine, naše smjerne molitve i prinosi, i budući da nemamo nikakvih vlastitih zasluga, ti nam priteci u pomoć svojom zaštitom. Po Gospodinu...
COMMUNIO Jerúsalem, surge, et sta in excélso, et vide jucunditátem, quae véniet tibi a Deo tuo.	PRIČESNA Ustani, Jeruzaleme, i stani na visini. Gledaj radost koja će ti doći od Boga tvojega.
POSTCOMMUNIO Repléti cibo spirituális alimóniae, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut hujus participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere et amáre caeléstia. Per Dóminum.	POPRIČESNA Nasićeni duhovnom hranom smjerno te molimo, Gospodine, da nas učešćem u ovom otajstvu naučiš prezirati što je zemaljsko, a ljubiti što je nebesko. Po Gospodinu...

DOMINICA II. ADVENTVS.

Mittit Ioannes duos discipulos ad IESVM.

Matth. xi. Luc. vij. *Anno xxxi.*



A. *Macheruntis carcer in tribu Ruben, vnde mittit Ioannes discipulos.*

B. *Iordanis, post quem Macherus.*

C. *Duo discipuli Ioannis venientes.*

D. *Naim, vbi suscitatus fuerat filius Viduæ; quæ causa fuit, cur Ioannes discipulos mitteret.*

E. *IESVS cum discipulis suis.*

F. *Perueniunt discipuli Ioannis.*

G. *Coram eis sanat IESVS cæcos, claudos, &c.*

H. *Redeunt ad Ioannem eius quidem discipuli, sed iam magis Christi.*